Hic

Deposuerunt mortalia Viri immortalis memoriæ

MAGNI OLAVIDIS STEPHENSEN

Doctoris Juris.

Justitiarii· tribunalis Islandiæ superioris.

R. M. a consiliis Conferentiarum.

Qvi natus est VIto D. a. Cal. Jan. Anni MDCCLXIII.

Matrimonium cum jam beata uxore

GUDRUNA SCHEVING

IIItio D. a. Id: Sept: Anno MDCCLXXXIIX, iniit;

Ex qva tres suscepit liberos — duo sunt superstites —

Obiit vero XVIto D. a. Cal. Apr. MDCCCXXXIII.

Si genus, si vel civilem vel literariam dignitatem qværis;
Si ingenium, si generosum animum,
Si industriam, si opera spectas;
Haud facile parem invenies.
Sæculum tantum non dimidium
Publici muneris administratione explevit.
Rem literariam patriæ tueri et amplificare non desiit.
In suis studiis nunqvam cessavit.
Pater familias, si qvis, diligens,
Suorum magnum præsidium, exstitit.
Fortuna prospera uti scivit,
Qvæ si interdum adversaretur,
Movebatur qvidem, at non frangebatur.
Pietas, animiqve alacris vigor ægrum sustinebant;
Benignitatis necnon liberalitatis
Multa exstant exempla.

Talem et tantum Virum
Multi, dum vixit, suspiciebant,
Plures mortuum diu desiderabunt.

Sic posuit ejus memoriæ
gratus cultor.
A. HELGASON.

